



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2221. Markgraf Albrecht bestätigt die Stadt Wesenberg, am 27. August
1300.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2221. Markgraf Albrecht bestätigt die Stadt Wefenberg, am 27. August 1300.

Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis recognoscimus publice per presentes, quod, postquam civitas Wefenberge cum castro adjacente ab inclitis viris dominis Slavie ad fratrem nostrum felicis memorie et ad nos similiter primo venit, ipsam cum castro in eodem jure permisimus, quo ante nostra tempora fruebatur. Datum Ebyrswalde, anno Domini millesimo trecentesimo, sabbatho post diem sancti Bartholomei.

Aus Boll's Gesch. des Landes Stargard I, 342.

2222. Die Markgrafen Otto und Conrad gestatten dem Ritter Franz von Burch seine Güter in Gneutiz mit den Gütern des Domstifts Budissin in Burch zu vertauschen, am 24. Mai 1301.

Nos Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgenses et de Landesberch marchiones, recognoscimus et tenore presencium pupplice protestamur, quod cum noster miles et vasallus Franciscus dictus de Burch bona sua, que habuit in villa canonicorum Budicinsium, dicta Gneutiz, permutavit pro bonis dictorum canonicorum, que habent in villa militis dicti Burch, nos sepeditis canonicis eorundem bonorum dicti militis olim existentium et in villa Gneutiz jacencium proprietatem donauimus in hiis scriptis, recipientes in nostram proprietatem bona, que dicti canonici in Burch villa scilicet dicti militis habuerunt, et iure feudali conferimus ea nostro militi sepe dicto. In huius rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes huius rei sunt jllustris princeps comes Albertus de Anehalt, milites dominus Henricus de Damis, nobilis vir, dominus Conradus de Reder et dominus Renz de Guzk et alii quam plures fide digni. Datum Templin, anno Domini M^oCCC^oj^o, feria tertia post festum pentecostes, per manum Petri, presbiteri, plebanj in Gardeleghe, nostre curje notarii, tempore dominj Wedeghonis de Kamenz, tunc temporis aduocatj.

Nach G. Köhler's Codex diplomaticus Lusatie superioris Band I, S. 340.